

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Jonstoni|| Theatrvm|| Vniversale|| De Avibvs

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCCLVI.

VD18 90528921

Titvlvs IV. De Falconibus.

urn:nbn:de:gbv:45:1-11068

tam generi suo stirpem opinentur
p. Arift. l. 3 seu, quod propter frigidam p cor-
de gen. c. 1. poris constitutionem ex ouis pul-
Aelian. l. 3 los excludere non possint.
de Animal. c. 30.

De *ingratitudine* in nutricem
Ingenium. non conueniunt autores. Alii
negant, dum uel auis eum dun-
taxat, in cuius nidum sua impor-
q. Arift. l. 6 tat, oua q comedere, propria
Hif. c. 7. subiicere uel deprehensa, postquam
Oppian. adoleuerint, fraude a nutrice r re-
in l. l. 1. linqui uel ad uolatum firmos fi-
s. Aelian. bi conscos ad parentem s euola-
l. c. re uel nutricem seu uiso cuculi,
t. Niphus cuius ouum citius excluditur, pul-
apud Al-
arou. lo, tanquam eo contentam a suis
incubandis t desistere, seu exclu-
fos specie cuculi elegantiore ca-
ptam (adripit hic cibos audius et
u. Arift. l. pinguescit) tanquam spurios u oc-
9. H. A. cidere et in cibum cuculi pullo-
c. 29. dare scribunt. Alii adfirmant,
dum uel pullos nutricis ab iis uel
x. Plin. l. conculcari uel cibo fraudari uel
io. c. 9. ipsa x inspectante absumi et iam
H. N. uelandi potentes ipsam nutricem
y Idem l. c. y conripere credunt. Utut sit, hoc
certum est, educare currucam sub-
ditum cuculum adulterato foetam
nidio.

Volatus. Volatus ipsis breuis, interruptus,
humilis et, ut hostem effugiant, in-
stabilis. Ideo miluorum scapulis,
quo tempore adueniunt, suscipi-
putantur, ne per longa aeris spa-
tia defatigati deficiant. Solent au-
tem ineunte uere adparere, cuius
aduentantis primi post amphisbae-
nam sunt nuntii. Caniculae ortu-
z. Plin. l. c. z. occultantur, post rarissime a

cernuntur. Hyeme deplumes in ca-
uernis torpent.

Vox iporum propria Cucu. Vox.
Hanc minus explanant, b cum se b. Arift. l. 9.
abdituri sunt. Ad ultimum alibi H. A. c. 49.
Iulium ad S. Ioannis apud nos
festum perfectam edit, si ultra,
uuiae uix maturescant.

Inimicas tum omnes fere auicu- Antipa-
las, praeципue cum oua pariunt, thia.
habent seu, quod illorum sint frau-
dis conscientiae seu, quod accipitri per-
quam sint similes: tum cicadas ex
eius saliuia c ortas, quae eos fre- c. Isidor. l.
quenti agmine inuadunt et, post- 12. orig.
quam sub alas inrepserent, morsibus c. 4.
lancinant. Ideo sub ortum cani-
culae, quo rauicis

sole sub ardenti resonant arbusta cicadas, Sympa-
cantilenam suam abrumpt. De ibia.
eiusdem cum miluo amicitia supe-
rius dictum est, quod de paliuro:
in monte Coccygio a c Plutarcho c Plut. de
refertur, omne animal, solo cu- flumis.
culo excepto, quod insederit,
tanquam uisco retinente haerere,
non minus fabulosum est ac, quod
de cicadas ex ipsis saliuia natis di-
citur.

Inter corporis affectus referri po- Morbi.
test, quod hyeme deplumescit,
pennas mutat et simul colore im-
mutatur. Exuuiio deposito, cor-
pus eius scabrescit.

Vsus eius et in medicina, quia ci- Vsus.
neres d usti ad dolorem uentriculi d Plin. l.
ualent et in cibo, quia eius pullo, c. 9.
qui iam uolare potest, nulla auium.
suauitate carnis comparari potest,
obtinuit.

TITVLVS IV. De Falconibus.

CAP VT I.

De Falconibus in genere.

Nomen. Falconis, ut auem significat, uoca-
bulum adeo generale est, ut
eo omne rapacium genus autores
incluserint et Aquila a cum Theo-
dotione et Symmacho omnes,
quarum in uenatu uolatico usus est,
faltones nominarint, recentiores
illis auibus a falcato unguium ha-

mo nomen indidere, quae Thuscis
Campanis uernacula Capys dice-
bantur et a nobis iam describen-
tur, nec tamen tam stictae, ut
non quaedam accipitribus commu-
nia intercursura sint.

Ad tres ipsos classes migratores Differen-
nempe, campestres et riparios Bello-
nius

nius redigit: ad *nobiles*, *ignobiles* et *hybridas* seu medii generis, quod promiscuo generosorum et ignauo-
rum coitu generentur, *b* Albertus.
Animal. Sub *illis* falconem sacrum, hierofalcum, falcone montanum, peregrinum, gibbosum, album, rubrum, cynopodam arboratum et lapidarium; sub *istis* buteones, lanarios, tinnunculos, sed perperam comprehendit. Sub his Germanos et Tuncanos quidam enumerant, sed et hi omnes aetate, colore et corporis forma uariant. Hinc *bornotinorum*, qui eodem anno nati sunt, *nidulariorum*, qui statim a nido domi adoleuerunt nec ita, ut ramularii pennas producunt, *ramalium*, qui circa nidum ramulatim obuolitant, *mutatorum*, qui uel deplumes sunt uel plumam ueterem cum noua iam commutant, nomina.

*Descrip.
tio.*

Quantum ad *descriptionem* exactam, in capite, dorso, superiore colli, exteriore alarum et caudae parte cinereus sit et subniger, in aliis passim partibus uarius et uirgulis quandoque interruptus: sed primo anno secundus *color* rufus est, remissae rubedinis, albescit deinceps paulatim eo magis, quo pennas mutari saepius. *Caput* habet crassum nec oblongum nec striatum superiore parte a rotunditate deficiens. *Collum* et rostrum brevia, maculas in maxillis nigras, circa oculos albas *Oculos* croceos ad rubedinem accidentes. *Pectus* cum osse pectoris acuto et duro. *Pedes* patulos, croceos et ad albedinem declinantes. *Crura* brevia. Coxas longas et pennatas etc. *Morantur* in tota septentrionali

Diff.
tia
plaga et quidem optimi. Bosnia albos profert, sed et Orientis regiones haud malos. Degunt uel in altissimis montium uerticibus uel syluarum arboribus excelsis.

Vox ab acuto in grauiorem fle-
Vox.
titur.

Mira quadam *uolandi* ratione in *Volatu*, principio, medio et fine uenatio-
nis utitur. Ad praedam pergens celeri uolatu in sublime adscendit et rursus compositis ad pectus, quibus idurus est, unguibus tanto impetu in auem obliquato uolatu descendit, ut strepitum quasi concitati uenti suo descensu excitet, in descensu auem percutiens adeo longum uulnus infligit, ut a capite ad caudam usque discessa aut toto capite truncata nonnunquam in humum decidat.

Cum ardea ipsi periculosis cer-
tamen. Haec enim *c*, ubi infra *c* *Paras*
positam se uidet, rostro suo *praef.*
longo ac acuto, quod prius ab-
sconderat, sursum elato inruen-
tem ita excipit, ut eo semet falco
saepissime medium pectus induat
et ambo interdum in lisis interraneis
humo adfligantur.

Cum multis saepe *morbis* confli-
ctantur, febri, apoplexia, aposte-
matibus capitis, uertigine, oculorum suffusione, asthmate, uermibus,
podagra, pediculis, etc. *Antipathiam* cum illis gerit, tum *Antipa*
alauda, quae in hominis manus,
quam falconis unguis mauult in-
cidere, tum drepanis auicula la-
custris, quae auditis falconis tin-
tinnabulis tantopere consernatur,
ut malit lapidibus ab homine ob-
rui, quam uolatu se in aera
ad tollere.

CAPVT II.

De Falconibus in specie.

ARTICVLVS I.

De Falcone Peregrino, Sacro et Gyrfalcone.

Falconum species superius expo-
suimus. *PEREGRINO*, qui primum ob audaciam et genero-
sitatem locum fortuit, nomen ex

eo est inditum uel, quod semper de regione in aliam migret uel, quod nidus eius nullibi gentium inuenitus fuerit.

Qua-

Differen-
tiae. Quatuor ipsorum a colore gene-
ra posuit Carcanus, duo ab eo-
dem Belisarius. *Vnum*, quod pen-
nis aereum colorem prae se fert et
in singulis pennarum capitibus ad
coronae modum albedine sigillatim
distinctae pennae quasi figuram
ostendunt. Si excellere debet, ca-
put necesse est aliquantum in for-
nicem uertice leniter eleuato ac
rotundo curvatum cinereo co-
lore habeat: simul atque uolandi
potens euasit, in rostri parte supe-
rius plumulas quasdam, quae ueluti
barbulae speciem gerant, ostentet.
Gula lineis in longum ductis
nigris maculetur. Supercilia et
maxillae admixto modico rubore
albicent. Dorsum liueat. Alae
sint longae in ultimam caudam re-
cumbentes. Cauda longa crassis
pennis constans in acumen pau-
latim definens, femora longa, ti-
biae breues, pedes colore inter-
flavum et plumbeum ambigente tin-
cti, digiti graciles. Vngues magni,
nigli et acuti etc. *Natales* Sardi-
niae, Aegypto, Cypro, Cretae et
Rhodo debet. Si qui in Italia uel
alibi capiuntur, uiuentorum eo de-
pulsos fuisse creditum est. In Alpi-
bus etiam nidulari fide ueteri cu-
iusdam falconarii Albertus M. re-
fert. *Alterum* nigris, quod mul-
tis a priore notis uariat, femora li-
neis transuersim distincta, crura item
colore croceo, sed diluto macula-
ta gerit. Qui ex hoc genere ab Al-
dronio 1. Aldron. 1.
c. I. drouando describitur, uerticem ca-
pitis habebat planum ac compres-
sum, rostrum membrana lutea inten-
si coloris nares ambiente capiti
coniunctum. Caput, ceruicem, dor-
sum, alas fusca, per singulas fere pen-
nas maculis atris transuersim per ala-
rum maiores respersae conspicie-
bantur. Gula ex albo nonnihil fla-
uescebat parte sui infima maculis
ueluti guttis nigris transuersis distin-
cta. Pectus, uenter et femora alba
lineis latiusculi nigris transuersis ua-
riegata. Videtur hoc genus idem
cum illo esse, quod alii nigrum ab-
solute, alii carbonarium et falcona-
rium adpellant.

Creditur primo in montanis pro-*Locus.*
pe Babylonem usum, post in Sala-
mine adparuisse. Nunc in Alpibus
et Pyrenaeis reperitur, in Germania
adhuc rarum est.

Vtrumque rarius in *uolando* alas *Volatus.*
mouet, sic a montano distinguitur
et a sublimi in pronum uelocissime
descendit.

Adeo mites sunt, ut quandoque *Ingenium.*
irasci nequeant ad hominumque
nutus magnitudine quadam animi
potius, quam inedia uenantur. Cre-
tenses capiunt etiam grues, anates,
mergos, tardas, phasianos, ardeas
in primis, si cibis abstinentia inducan-
tur. Si aquilam uiderint, nunquam
in posterum aucupantur.

SACER, qui et Britannicus, Ae-
lyus et aerophilus apud Auicennam
falco facchari uel Graecorum imi-
tatione quasi hierax accipiter per
excellentiam dicirur, uel a corpo-
ris magnitudine uiriumque pre-
stantia ita adpellatur. Sane a Bel-
lonio a accipitrum adiicitur nume-*a Bellon.*
ro. Tria ipsorum apud Tarduum *de Avib. L.*
genera, unum, quod lepores et hin-
nulos, *alterum*, quod capreas par-
uas capit, *tertium* peregrinum expri-
mit, de quo superius.

In descriptione Albertus et Fride-*Deseri-*
ricus Imperator disident, si Carca-*ptio.*
num sequimur, corporis ipsi statu-
ra plerumque oblongiuscula. Ca-
pite, uertice plano canum. Rostrum
caeruleum, nares exiguae, pectoris,
dorsi et alarum superiorum maculae
fuscæ, femora interiora alba. Cru-
ra pedesque tota fere coloris caeru-
lei. Cauda maculis circularibus
phaseolorum aut renum figuram ex-
perimentibus uaria etc. Excellit, cui
color rubicundus, rufus aut incanus,
lingua crassa, pes amplius, di-
giti crassi et colore caeruleo diluti.

Inueniuntur apud Tartaros et Mo-*Locus.*
scoutas. *b* In Polonia, quod Maxi-*b Paulus*
milianus Caesar per suos explorato-*In iuuius in*
res comperit, in arboribus non ita
proceris nidulantur. Cum uersus *libro de le-*
meridiem uictus quaerendi gratia
profiscuntur, ab aucupibus ad-*gat. Mo-*
uentus gnaris in Aegei maris insu-*seonitico.*
lis intercipluntur et Venetas etiam
e Creta adferuntur. *De*

*Nutri-
mentum.*

De *uictu* scriptores inter se non consentiunt. Belisarius cadaueribus etiam uescidicit. Tardiuius cibos etiam crassiores facile concoquere scribit. Albertus delicate eos cibandos, cibo semper recente, cerebellis, sanis carnibus reliquit. *Velocissimi* sunt, nisi e nidis abducantur et nubes etiam transcedunt. *Capiunt* anseres sylvestres, grues, ardeas, lepores, capreolos. His insident et cerebrum capite perforato excutiunt. In eorum con-

*Descri-
prio.
c. l. 7. c. 3.*

spetu ne aquilae quidem uolare au- dent.

GTRFALCO seugyrfalcus (male a quibusdam horodius dicitur) qui sic ab *c* Aldrouando describitur: uerticem habebat complanatum co- lore cinereo. *Rostrum* breue caeruleum, unco modico deorsum in- curuato, subcaeruleo instruatum. *Dorsum*, alae, uenter, cauda alba erant. Verum tergi alarumque plumae plene singulae nigra macu- la notatae, quae cordis quodammo- figuram aemulabantur. Alae erant admodum longae. Remiges pro- pe extremum apicem nota maiori ac longiori nigra ornabantur, quae tamen albo cladebantur margine. *Gula*, pectus et uenter pura tingebantur albedine. *Cauda* erat bre- uiuscula notis nigris transuersim ua- riegata. *Pedum* digitii oblongi, ua- lidi, late expansi, tabellarum conti- nua serie per totum intecti.

Genera ipsorum a colore petun- tur. Alii sunt flavi, rubei et cine- rei. Albos etiam in Moscouia repe- tries. Qui in pectoral albant, magis etiam albi sunt et primo anno dorsum partim albicat, partim sub- rufum uel subrubeum est. Vbi ue- ro mutatis sunt, color ille subrufus in nigredinem permittatur.

Locum ipsis natalem Noruegiam *Locis.* et Hiberniam Belisarius ponit, at certum, in Tartaria *d* quoque et Mo- *d Pauli* scouia *e* inueniri.

Vescuntur in primis columbis et id genus aliis et, postquam semel de aliqua aue gustarint, illa deinceps *fianae* relicta nouam semper praedam per- sequuntur. Adgrediuntur et aquila- *mat.* *Nutri-
mentum.* *Pugna.* *c. 61.* *c. 14.4*

Accipitres, nisi, falcones iis aduolantibus praedam ulterius non prosequuntur, sed pauidae persistunt. Si in quinque grues libero aeris cam- po unus emittatur, non prius perse- qui definit, quam singulas in terram diecerit.

Duo habent *peculiaria*. Vnum, *Ingenium* quod cum simul aliquot uehuntur, certo quodam senii ordine cibum capere soleant. Alterum, quod praeter caeterarum rapacium mo- rem nunquam sese aqua abluant, sed sola arena utantur. Frigore e- tiam tantopere gaudent, ut perpe- tuuo aut super glacie aut lapide marmoreue algido stare gestiant.

ARTICVLVS II.

De Falcone Montano, Gentili et Tunetano.

*Descri-
tio.*

Falco MONTANVS, quod sit magis reliquis indomitus, per excellentiam ita dicitur. *Caput* ha- bet uertice fastigiatum et nigrum coronula quadam cinerea cinctum, cui in fronte non longe a rostro plumulae quaedam exiles et capillares eminent. *Guttur* ad sternum usque nonnihil candescit maculis conspersum maiusculis. *Pectus* reli- quum uersus inferiora notis qui- busdam quandoque ferrugineis, nonnunquam rubeis nigricantibus

aliquando insignitur, quibusdam guttur et pectus nigris plumis ue- stiuntur. *Dorsum* ac lumbi maiori ex parte plumis fuscis, minutis ob- teguntur. Aliqui eorum post me- dium dorsum lineas quasdam al- bicantes aut rubescentes, quae de- orsum uergunt, habent. *Crura* et pedes plerumque crocei uel ex fla- uo paleari flauescentes et squamis densissimis integuntur. Mutatos facilius est cognoscere et optimus est hornotinus fuscus.

Non


Falco Rubeus

Rother Falcke

Tab. XII



Alies.
*Falco Falcken ander
art*



Differen-
tia.

Locis.

d Pandu-
Vanellus.
c. 61.
e Mijcha
c. 14. h
sianae
mat.
Nutri-
mentum.
Pugna.

Ingenium







Nutri-
mentum. Non anates solum, sed et anates
et ardeas *capit* et persequitur. Visus
aliquando et aquilam, quae sibi praedam
praeripuerat et seipsum intere-
misse.

Differen-
tia. Ponit et alterum eius genus Aldrouandus, quod *leucophaeum* nun-
cupat. *Corpus* eius totum cinereum
est ad caeruleum uergentis coloris,
pro diuersa partium ad lucem ob-
uersione dilutioris obscuriorisue.
Rostrum crassum, breve, nigrum,
robustum, pollicaris crasitudinis,
tam ualidum, ut uix ulli alteri for-
tius. *Pectus* ualde teres ac grande.
Diversum primo ab aliis Aldrouan-
dus putabat, sed, cum cum descrip-
tionemontani apud Albertum con-
ferret et uero montano, qui aliquo-
ties plumas ueteres cum nouis com-
mutauit, medium partem dorsi cae-
ruleam adstringi et, quo frequentius
senectutem exiuit, eo tergum magis
caeruleescere, gulam cum pectore
abolitis, quae distinguebant cum ae-
tate maculis albescere, obseruaret:
alterum montani esse genus conclu-
fit.

Descri-
prio.
et Differ-
entia. GENTILIS per excellentiam pro-
pter generositatem ita dicitur. Fri-
derico Imperatori ali sunt gentiles
peregrini, alii *simpliciter* ita dicti.
Illi falconibus sacris sunt minores et,
quo plus cum gyrfalconibus par-
ticipant, eo elegantioresse formae
existimantur. Vertex *capitis* debet
esse planus, occiput latum. *Rostrum*
crassum et recuruum. *Collum* bre-
ue, prope caput subtile, prope spa-
tulas crassius. Habere debent *pectus*
foris prominens et carnosum, caui-
tatem inter pectus et collum ma-
gnam et profundam. *Coxas* plumis
complurimis opertas et sub genibus
etiam dependentes. *Crura* crassa
ac brevia, pedes amplos, digitos ex-
pansos et macilentos. Cum adhuc
hornotini sunt. Alii sunt absolute
fuscii, alii rubris, nonnulli pallidis
maculis ceu guttulis perornantur.
Alii rufi sunt aut simpliciter aut ad
nigredinem uergentes. Alii fului uel
absolute uel cum quadam rubidine.
Maculae a collo ad pectoris furcu-
lam paruae sunt, inde uero progres-
sione

sae ad anum usque maiores euadunt.
Fuluis ad rubeum uergentibus co-
lor est ex aequo permixtus. Lauda-
biliores in suprema capitinis parte ceu
corona quadam in circuitu peror-
nantur, prope nares durities rostri
uirescit. Maxillae sub oculorum par-
te subrubeae sunt. *Dorsum* fuscum est
colore ad rubedinem inclinante
marginibus rubescientibus et maiu-
sculis sine guttis tamen exornatum.
Pennae alatum maiores fuscae cum
marginibus. *Cauda* eiusdem cum
dorsi pennis coloris modo, quod
margines in ea in plurimis sint palli-
diiores seu, quod a corde sit remotior
seu propter aliam causam. *Simplici-*
ter *ditti* trium eidem sunt generum,
sicut et *peregrini*, de quorum datis
notis, quo plures obtinent, eo ma-
gis probantur. Aldrouandus eosdem
cum Carcani GERMANIS facit, qui
peregrino forma, capite, rostro et pe-
dibus sunt simillimi. Corona albicans
caput ipsis prope collum cingit, fe-
mora interna plumis albis ueftuntur.
Mutatis caput, collum et humeri fu-
sca sunt, dorsum cyanea tingitur.
Mares seu tertiaria maribus peregrini
nulla possunt ratione discer-
ti. In uolando crebriore spissioreque
alarum motu utuntur. Rapiunt omne
auium genus, aquaticum praesertim,
quod, si nido exemptus ad-
huc pullus ad hoc instituatur, grues
etiam capere audet. In eo solum
peregrino cedunt, quod non sola
animi magnitudine, sed etiam
cibi auiditate praedam inuadere
dicantur.

DE TVNETANO inter Carca-
num et Bellonium non constat.
Ille corporis esse exigui, coloris *Bellon.* I. 2.
per pulcri, capite flavo, alias ni-
gro, peregrinos pedibus praesertim
ita exprimere, ut multi fallantur,
scribit. *Hic* magnum esse, ad
lanarii similitudinem plumis et pe-
dibus accedere, diutius et con-
stantius uolare, capite crasso et
tereti esse, strenue sublimem
aera scandere reliquit.

D **ARTI**

ARTICVLVS III.

De Falcone Gibboſo, Albo et Gallorum Lanario.

Descri-
ptio.

Falco GIBBOSVS, quod ei ob breuitatem colli caput ante iuga alarum, dum eas supra dorsi latera componit, uix adpareat, ita ut gibbum gestare uideatur, ita dictus est. *Corpus* habet exiguum, planum collo fere continuum. *Caput reliqui corporis proportione magnum. Rostrum* perbreue et rotundum, oculos flammeos. *Alas* praelongas et ualde exertas, in facie guttas. *Crura* proportione cæterorum membrorum longiuscula et squammosa. *Pedes* in articulis digitorum, praecipue ad interiorem plantae pedem nodosos. *Nidulatur* in montibus inaccessis. Tam alte uolat, ut hominis uisum effugiat. In aucupio non statim inter descendendum percutit, sed potius, cum a descensu rursum adscendere incipit, tunc posteriore ungula ante pectus disposita ferit et quandoque tam fortiter, ut unguem sibi amputet, pectus laedat, imo seipsum aliquando occidat.

Est et aliud falconis gibbosus genus, quod semper alas tanquam ad uolandum extendit, animosius, quam robustius. ALBO nomen color imposuit. Albertus eum in dorso et alis subalbum esse, alibi guttas ualde albas aliis guttis subpallidis interpositas habere et regionem frigidam et humidam in causa esse scribit. Addit falcone peregrino maiorem et ad similitudinem lanarii albi, qui per campos muribus insidiatur, accedere. Mittit eum septentrio et ex illo in primis Norvegia, Suecia, Estonia. Non tam est in uolando uelox, ut niger, diutius tamen in auium persecuzione perdurat. Non debet ad uenandum emitti, antequam pennas mutauerit. Ad eum refert Adrouan.

Aldrov. l.
7. c. 10.

dus quandam *sparuerium*, cuius descriptionem Roma acceperat, qui corpore toto coloris lactei maculis flauis perspersi, rostrum habebat album magis, quam caeruleum, alas candidissimas ac sine

maculis, in cauda pennas duodecim candidas et flauis maculis conspersas, quarum conspectum peniarum praecipua et aliarum quasi tegumentum tota candida eripebat easdem quasi in uaginam recondens. Pendebat mortua tredecim uncias, pondus in eiusmodi aue haud leue. LANARIVS (generosum intellige) GALLORVM dicitur, quod rei accipitrariae auctorum testimonio Galliae peculiaris et proprius.

Rostrum et crura cum pedibus *Deseri-*
habet caerulea, plumas anteriores ptio L.
albo et nigro uarias, maculis non
transuersis, sed plumas in longum
distinguentibus. Plumae dorsi, ala-
rum et caulae, partem externam si-
splices, non admodum sunt uarie-
gatae. Extensarum interiora notis
rotundis instar exiguorum numulorū
per superficiem disseminatis
consperguntur. Sic a Tardiuo et
Bellonio describitur X. qua Galliae
est perpetius semperque tam hyme-
ne, quam aestate ibidem conspicitur.

Ingenii sunt tractabilis et ad omne *Ingeniu-*
aucupii genus idonei. Picas, co-
turnices, perdices, cornices, phasianos,
imo anates et grues, si institutio
accedit, capiunt et societate
maxime gaudent. Quoniam alis
diutissime in aethere supra praedam
suspensi haerent, tantopere anates
fatigant, ut et canum opera et fu-
stibus plurimae occidentur.

Carcanus *Italicorum* meminit. *Italicis*
Habent isti caput totum planum. *falconis*
Rostrum falconis, peregrini et
montani rostro minus et caeruleum.
Pectus flauum rarum et ferrugineis maculis distinctum. Ex-
tremas alas ueluti ocellis rotun-
dis albisque pictas. Mutatis ca-
put uniuersum ad humeros usque
flauo colore ad rubeum uergente
et lineis tenuibus distincto tingit-
ur. Pes, qui ante caeruleus
fuerat, in luteum abit. Na-
scuntur in montibus Vincentinis
et

et Alpibus, quae Germaniam ab Italia diuidunt. Solent alarum aequilibrio in aere sese diu admodum et frequenter suspendere, sic metu incusso, ne perdices, co-

turnices aut phasiani diffugiant, faciunt, rarerter occisas in terram praecipitant. Visus aliquando, qui et accipitrem exanimaret.

ARTICVLVS IV.

De Falcone Lapidario, Arborario et Rubeo.

*Aldro-
nand. l.
c. 11.* **F**alco LAPIDARIVS recte letho-falcus dicitur. Est mediae inter peregrinum et gibbosum magnitudinis. In praeruptis petris et Alpium rupibus nidificat. Regitur et nutritur simili modo, quo peregrinus.

ARBORARIVS, quem Gesnerus descripsit, *rostro* erat caeruleo, *oculis* nigricantibus, *pectore* albido et nigricantibus maculis uariegato, *pennis* alarum nigroribus, *dorso* nigro, cuius pennarum marginis infimos maculae ex candido rufae distinguebant. An idem sit cum accipitre fringillario, dubitatur. *Nidum* in arboribus exstruit. Rarus ipsis in aucupio usus, iucundum in confictu cum monedula spectaculum exhibit. Adeo quoque placidus est, ut per sylvas et agros emissus ad dominum redeat. In dissecti ventriculo plumas et cantharides reperit Gesnerus.

RVBEVS a guttarum seu notularum, quibus distinguitur, rubro colore dictus est. Peregrino minor est nec citius rubore adparet, quam alas exerat. Color debilis in superficiem corporis effusus et fumosum humidum, quod ad generationem pennarum excernitur, adurens rubedinis causa esse putatur. Inuenitur in locis planis et palustribus.

Phoeniceos in Moscouia dari perhibent.

Volatus est agilis, sed non diu *Volatus* perseuerantis. Nam penna rubea, quia mollior, non diu uolandi impetum sustinet.

Facile cicurari Albertus innuit, *Ingenium* difficulter regi Tardiuus. Post secundam aut tertiam pennarum mutationem melior, quod remittentibus per aetatem humoribus calidis non parum temperamentum iuuetur. *Vitae* est minus, quam reliqui longae.

Ad istum *duos ex Indis orientali-Alii.* bus *adlatos* Aldrouandus reducit, qui *Aldrou. l.
parte anteriore tota et alis internis 7. c. 3.* adeo rubebant, ut, qui pronus inspexisset, nihil praeter colorem rubeum uidisset. Maiorem putat fuisse foeminam, minorem marem. Mares enim ob hoc ipsum tertiarii dicuntur, quod tercia parte foeminis sint minores. Mentum in foemina macula oblonga cinerea, quae inferne desinebat, distinguebatur. Pectus quoque eiusdem coloris notulis anteriori sterno raris respargebatur. In mare color rubeus saturior et euidentior erat. Mentum nulla macula insigniebatur. Pennae remiges interiores notis fuscis transuersim frequentibus statoque interuallo distinctis albebant.

ARTICVLVS V.

De Falcone Cyanopode et illis, qui promiscuo coitu gignuntur.

*Aldrou. l.
7. c. 14.* **F**alco CYANOPVS, ad quodre- ferri debeat genus, cum quatuor falconum genera pedibus caeruleis instrueta inueniantur, difficile est dicere. Ad lanarium tamen potius, quam aliam speciem pertinere uidetur. Est falconi peregrino

et magnitudine aequalis et figura similis, sed in hoc differt, quod dorsum eius et exterior alarum pars minus nigredinis et pectus plus albedinis habeat, alae sint breviores, cauda longior aliquantum, pedes hyacinthini.

Vox.

Vocem acutiorem, quia humidiōr, peregrino habet. Raro aues pica uel cornice maiores inuidit. Plerumque se praecipitaturus propter metum loco manet et suspenditur. Audacior euadit, si aucupis accedat praeſentia. Qui in Helvetia reperitur, diuersis est ab iſto.

Locus.

Aldrou. l. *Nidificat* in excelsis iuxta aquas aut profundas ualles, petris. *Nidis* 7. c. 15. exemptus mansuetus. Capit perditæ, columbas, cornices, anates, phasianos et terraones.

Aldrou. l.

Faltones PROMISCO COITV 7. c. 15. geniti a peregrinis plerumque prouenient. Hi enim a parentibus statim expelluntur et, cum suae specie coniuges non inueniant, ad

speciem alteram, quam sibi simillimam inuenient, libidinis tempore conuertuntur. Carcanus ex altero parente peregrino, altero montano procreat *falcones traueros* uocat. Albertus *quatuor* eorum *genera* ponit. Caeterum, si cum falcone pedis caerulei peregrinus commisceatur, fere similis peregrino generatur avis, si cum lanario nigro, ignobilis falco niger, si cum lanario albo, similis falconi albo, si cum lanario rubeo, similis colore et figura falconi rubeo. Patrifiant autem plerumque et ignobilitatem matris institutio post unum uel alterum annum compensat.

TITVLVS. V.

De Psittacis.

CAPVT I.

De Psittacis in genere.

Nomen.

*R*apacibus psittaci subnectuntur tum, quod rostrum et unguis aduncas habeant tum, quod cicures carnem etiam ipsam deuorent. Nomen fortiti sunt seu a Psittace urbe iuxta a Tigrim celebri seu *ā tē tāv ḥ̄̄t̄n̄i w̄t̄n̄*. Soli uirides psittaci ueteribus cogniti. Psittaci fructus in intimo quoque cortice et tota nuclei carne insolenter admodum eundem imbibit.

*Descrip.
tio.*

*b Scalig.
Exerc.*
236.

Magnitudine si species, in regione, cui nomen dedere, brachium cum dimidio longitudine explent. *Visus* *b Scaligero*, qui clathratae fenestrae fere impleuerat spatium, in quadam noui orbis regione phasianos superant. In insula Banda columbam nostratem uix excedunt. Alibi gallinis, turdis, hitundinibus, imo passeribus aequantur. *Color* quoque illis uarius. In noua Hispania, Aethiopia et ultima India quosdam totos albos inuenies. Circa Tarnasaram septuplaci colore superbos, in Ternate Molucarum una, Brasilia et Aethiopia rubros, in quibusdam Aethiopiae syluis nigros, in Malabar praslinos, scutelatos, purpureos,

cinereos et caeruleos alibi. Bellonius magnos quosdam totos canere, mediocres ex rubro uariegar, pusillos nonnullos prolixa cauda, totos uirides esse ait. Circa lauam alii sunt rubri rostro lateo, alii uersicolores, candidi quidam. Et quis omnes diuersitates enumeret, cum supra centenos magnitudine et colore discrepantes curiosi obseruerint? Antiquis *d* solus in intimis *d Apulia* plumulis et extimis pinnulis *ui Florida* ror notus erat. *Vnde* avis *e ui* *e Stat. Onid. Et* ridis dicebatur. Communia fere omnibus sunt. Caput praegrande, ingenii signum, rostrum, quod, qua collo committitur, in solis inferne sub faucibus apertum est, adeo durum, ut ferreis clathris uix parcant. Statius cornu uocet, aduncum idem, ut *f eo*, tanquam hamato et *f Plin.* micirculari forma constructo se, cum *N. l. 11* deuolant, excipient, illi innitantur liuioresque ita pedum infirmitati faciant. Mandibulae superioris, quod *ipsi* cum solo crocodilo et thaematope, si Oppiano credimus, commune, motus. Lingua, quae curbitae seminis figuram representat, caeteris auibis *g latior. g Arrib. H. A. s. 11* *Vnde*